Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ceptio in dicta causa, Mutti der pfandung Gemäss Gubernus Verstrickung Erlangt, non attentata, sed paritio iniuncta fuit, Cum qualitas arresti inter partes controversa non in p[ri]o paritionis sed iustificationis coram competenti disputari debeat, p[ser]ti quae causae principali ita cohaeret, ut ab ea separari nequeat, veluti hoc nostro casu in quo q[ues]tio principalis coram ordinario erit, an Comes tenetur satisfacere Recessui Landtshutano, quoad secundum, quartum, quintum capita, cui p[re]iudicium fieret, si Mutten cassaremus. Eo ipso n. plenè decideremus, et competentem Ducem faceremus. Quare vera nō est regula Advocati Ducis, qua astruit, Constitutione arrestorum, tantum locum habere, quando sine ea arresti sit impositum. Nam si ita esset, nullum unq[ua]m Mutten saluari posset, Cum ōis arrestans p[re]tepet cam, eadem ratione Constitutio pignorationis subverteretur prorsus. /.

Conclusio Camerae, Circa arresta non esse faciendam differentiam.

Quemadmodum ergò ōes pignorationes inter immediatos prohibitae sunt, licet pignorans iusti se pignoraste contenderet, Ita omnes arrestationes inter eosdem prohibitae, licet arrestans iustissima de causa se arrestasse ostenderet, sicut etiam nihil interest, sive ut à parte, sive ut à Iudice arrestum sit impositum, Ita n. in pleno Senatu conclusum inuenitur, quod sc: Constitutio de arrestis, non modo de ijs arrestis intelligenda sit, q̄ per Magistratum vel Iudicem fiunt, sed etiā de illis q̄ per status, in proprio territorio, vel per alios immediate Imperio subiectos, immediate eo loci vel d